



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 23. Initia Eutychis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A.C. 448.

§. XXIII.

Initia Eutychis.

Eutyches, qui, consentiente Uranio, contra Ibam egerat, novæ Hæresis Comput, Nestorii Errori directe oppositæ, evit. Presbyter erat, & Monasterii trecentorum Monachorum prope Constantinopolim Abbas. Nemo isto homine unquam Nestorio magis infensus fuit.

Lib. brev. c. ab amicis S. Cyrilli inter viros illos, qui 2. Coll. Lup. ad defendendam Fidem idonei essent, ac c. 203. Sup. XXVI. s. census. Hoc ipso anno, S. Leo Papa, 20. Leo Ep. ceptis ab ipso litteris, quibus significabat 19. al. 6. Nestorianos novis viribus resurgere, re- scrispsit, zelum ejus laudavit, & ut animo constanti esset, excitavit. S. Leonis epistola prima Junii, Posthumiano, & Zeno ne Consulibus, id est, anno 448. data est. Verum Nestoriani, quibus Eutyches irascebatur, revera erant Catholici, quod ex Epistola Synodali Domni Antiocheni, ad Imperatorem Theodosium data, apparet; in illa Eutychem accusat, quod Hæresis Apollinaris reducat, dicendo, Divinitatem Filii Dei, & Humanitatem ejus unam esse Naturam, dumque passionem Divinitati tribuit. Queritur etiam, quod Diodorum Tarsensem, & Theodorum Mopsuestenum anathematizaret, viros, qui adversus Apollinarem fidei Defensores extitissent.

Facund. VIII. c. 5.

Euse

Eusebius, Episcopus Doryleensis in Sæculum V.
 Phrygia, inter zelosissimos Nestorii Ad. A. C. 448.
 verlarios numerabatur; idem is est, qui
 Constantinopoli, cum adhuc Laicus es-
 set, & Causidicus forensis, an. 429. con- *Sup. XXV.*
 tra eundem Libellum vulgavit. Cum §. 2.
 ejusdem Sententiaæ esset, ac Eutyches, in-
 de inter ambos arcta necessitudo nata;
 at tandem ex continuis colloquiis agno-
 vit Eusebius, Eutychem in hac quæstione
 nimium dicere, & in alterum extremum,
 scilicet in Hæresin oppositam, incidere.
 Diu amicum ad saniorem mentem redu-
 cere omni studio conatus est, sed cum
 jam constaret, esse obstinatum, non mo-
 do amicitiaæ renuntiavit, sed & vices
 Actoris in eum suscepit. Occasione usus
 est congregati Concilii triginta Episcopo-
 rum, qui, Constantinopoli ob causas alias
 commorantes, conventum agebant, ut
 litem inter Florentium Episcopum Sar-
 densem, Ludiæ Metropolitam, & duos
 ex eadem Provincia Episcopos, exortam
 componerent.

§. XXIV.

*Concilium Constantinopolitanum. Sessione
 prima & secunda.*

Ergo sexto Idus Nov. Zenone, & Post-*Cont. Chal-*
humano Consulibus, id est, octava ced. Att. I.
 Nov. anno 448. Patribus in Aula Consi-*p. 150.*
 liorum Ecclesiæ Cathedralis Constantino-
 politanæ